Warszawskie Studia
Teologiczne V/1992

*Ks. Ludwik* KRÓLIK

# DZIESIĘĆ DOKUMENTÓW ZWIĄZANYCH Z PARAFIĄ ROKITNO

## Wprowadzenie

Wieś Rokitno, położona niedaleko Błonia w województwie warszawskim, już w średniowieczu była znaną miejscowością. Osada ta wówczas dzieliła się na dwie części: Rokitno Dolne i Górne. Rokitno Dolne wraz z kościołem Świętego Wojciecha (prawdopodobnie XI w.) stanowiło w późniejszym okresie część uposażenia archidiakona czerskiego - warszawskiego. Natomiast Rokitno Górne należało do okolicznej szlachty, która była fundatorem kościoła Świętego Jakuba (XIII w.). Począwszy więc od XIII do XVII wieku istniały tam dwie placówki duszpasterskie: Rokitno Dolne i Rokitno Górne[1].

Jednak w 1698 r., dzięki staraniom biskupa M. Święcickiego (pochodził ze Święcic koło Rokitna), obie te parafie zostały połączone i przekazane pod zarząd księży komunistów (congregatio presbyterorum saecularium in communi viventium). Niedługo potem (1704) nadszedł z Rzymu dekret unifikacji obu kościołów i parafii, wydany przez papieża Klemensa XI. Od tej chwili, aż do dzisiejszych czasów, była i jest jedna parafia w Rokitnie[2].

Opracowanie monografii parafii archidiecezji warszawskiej poważnie utrudnia szczupła baza źródłowa. W czasie zawieruchy wojennej i z innych nieznanych przyczyn zaginęło bezpowrotnie wiele dokumentów. Te, które się zachowały, są dla badaczy przeszłości niezwykle cenne, ale wymagają konser-

---

[1] A. WIECZOREK, *Dzieje parafii Rokitno do 1939 roku*, Warszawa 1982, mps ASTK, s. 22nn, 28nn. Autor poświęcił parafii Rokitno 106 stron swojej pracy magisterskiej. Omówił geografię i przeszłość terenu, początki parafii, jej terytorium, przynależność administracyjną, uposażenie parafii i miejsca kultu (kościoły parafialne, sanktuarium Maryjne).

[2] P. STANISZEWSKI, *Życie religijne i duszpasterstwo parafii Rokitno do 1939 roku*, mps ASTK. Kolejna praca magisterska, wykonana na ASTK, uzupełniająca dysertację A.Wieczorka. Dzięki tym dwom pracom otrzymaliśmy pełny obraz dziejów parafii Rokitno.

wacji. Warto je uchronić od kolejnych zniszczeń, stąd powstała koncepcja wydania ich drukiem[3].

Poniżej prezentujemy dziesięć dokumentow związanych z parafią Rokitno. Rzucają one wiele światła na tę placówkę duszpasterską. Należy podkreślić, że ogromną zasługę w zgromadzeniu i uporządkowaniu tych pism położył jeden z długoletnich duszpasterzy parafii Rokitno (1880-1929) ksiądz Władysław Sędziakowski. Ten gorliwy kapłan uporządkował stare kopie oryginalnych dokumentów z XVII i początków XVIII stulecia. Oprawił je w formie książeczki, ktorą zatytułował: "*Iura ecclesiae Rokitnensis*". Napis ten wytłoczony został złotymi literami na twardej, tekturowej okładce. Na wewnętrznej stronie okładki znajduje się notka, sporządzona przez księdza Wł. Sędziakowskiego. Brzmi ona następująco: "Byłem w dolnym kościele przez 5 dni, gdy w październiku 1914 r. (od 13 do 18) Moskale i Niemcy kościół przeze mnie dokończony (po 200 latach) - zbombardowali! X. Wł. Sędziakowski"[4]. Na kolejnej stronie, nie numerowanej, dalsza informacja, która wyszła również spod pióra księdza Wł. Sędziakowskiego. Oto jej treść: "Objaśnienie! Dokument na pergaminie, wielkiej wagi dla Rokitna z 1704 r. papieża Klemensa XI, nader trudny do odczytania, ja niżej podany odnalazłem i wierny odpis tego dokumentu kazałem (jeszcze przed zbombardowaniem kościoła w Rokitnie w 1914 r.) takowy oprawić - właśnie w tej książkowej formie, aby moi następcy mieli ułatwienie w odczytaniu tego dokumentu (i innych następnych). Rokitno dnia 16 lutego 1921 r. X. Wł. Sędziakowski, proboszcz parafii Rokitno, prałat kolegiaty łowickiej, mający obecnie 75 lat życia i 41 rok jako proboszcz w Rokitnie, urodzony w Łowiczu 1846 r., na kapłana wyświęcony w Lublinie w 1872 r. Bogu! Ora pro me peccatore!"[5].

Z powyższej relacji wynika jasno, iż ksiądz Wł. Sędziakowski wiele przyczynił się do zgromadzenia tych ważnych dla parafi dokumentów. Czterdzieści dziewięć lat swojego kapłańskiego życia poświęcił opisywanej parafii. Zapisał się nie tylko jako dobry duszpasterz, ale również porządkował i kompletował księgi i dokumenty źródłowe[6].

Książeczka-kopiarz znajdowała się do tej pory "na dnie" rozmaitych ksiąg parafialnych w Rokitnie. Odnalazł ją Paweł Staniszewski, alumn Metropolitalnego Seminarium Duchownego w Warszawie (uczestnik seminarium historii Kościoła - obecnie kapłan), który zajął się życiem religijno-moralnym i duszpasterskim tej parafii. Ponieważ książeczka-kopiarz przekazana została do Archiwum Archidiecezjalnego w Warszawie, dlatego w przypisach obecnego artykułu zamieszczono to Archiwum, jako przechowujące.

---

[3] Zob. L. KRÓLIK, *Osiemnastowieczne dokumenty parafii Boglewice*, *WST* 3(1985-90), 278-290.

[4] ArWwa, *Iura ecclesiae Rokitnensis*.

[5] *Tamże*.

[6] Zob. przypisy 1 i 2.

# Dokumenty

## Nr 1

## Inkorporacja kościoła świętego Jakuba Apostoła w Rokitnie

Rzym, 5 XII 1704

Papież Klemens XI włącza parafię świętego Wojciecha (Rokitno Dolne) do parafii świętego Jakuba Apostoła w Rokitnie Górnym, przytacza w całości pismo papieża Pawła II z maja 1465 roku odnośnie do alienacji dóbr kościelnych, podaje racje korporacji kościoła świętego Jakuba Apostoła i wyraża zgodę na przekazanie nowo utworzonej parafii księżom komunistom.

Oryginał nie znany.
Kopia, Archiwum Archidiecezjalne w Warszawie, *Iura ecclesiae Rokitnensis*, k. 1-9. Tytuł wpisu: "*Incorporatio ecclesiae parochialis Rokitnensis tituli sancti Jacobi Apostoli*".

*(k. 1) Clemens*[7] *episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio nostro et Sedis Apostolicae nuntio in Regno Poloniae, commoranti salutem et apostolicam benedictionem. Summa redemptoris nostri clementia, meritis licet imparibus, ad beati Petri cathedram evecti, ad ea libenter intendimus, per quae divinus cultus semper augeatur et parochialium ecclesiarum, et diginitates in ecclesiis collegiatis obtinentium utilitatibus consulatur, prout locorum qualitatibus, bene pensatis conspicimus, in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem a praedecessore nostro, felicis recordationis Paulo Papa II*[8]*, emanarunt litterae tenoris sequentis: Paulus*[9] *episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum omnibus iudiciis sit restitudo, iustitiae et conscientiae puritas observanda, id multomagis in confessionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonia et dispensatione pauperum, de non proprio cuiusq(ue) peculio agitur veltractatur. Quapropter oportet, ut examinandis huiusmodi alienationum causis, quae a Sede Apostolica in forma, si in evidentem utilitatem cedant (k. 2) oneratis, ecclesiasticarum iudicium conscientiis delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio premii, iustitiam conscientiamq(ue) subvertat. Monemus igitur et delegatis, huiusmodi districte praecipimus, ut caute et diligenter attendant, causas in litteris apostolicis, per supplicantes expressas, illasq(ue) solicite examinent atque discu-*

[7] Papież Klemens XI (1700-1721).

[8] Papież Paweł II, rządził Kościołem w latach 1464-1471.

[9] Tenże.

*tiant. Testes et probationes super narratorum veritate recipiant et solum Deum prae oculis habentes omni timore aut favore deposita, ecclesiarum indemnitatibus consulant, nec in laesionem aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant.*

*Siquidem commisarius aut delegatus conscientiae suae prodigus, in gravamen aut detrimentum ecclesiae per gratiam aut timorem, vel autoritatem interprosuerit, inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat. Episcopus vero aut superior ab exsecutione detrimenti ecclesiae illati. Nihilominus condemnandus sciturq(ue), quod si suspensione durante damnabiliter se ingresserit divinis irregularitatis laqueo se involvet, a quo nisi per Summum Pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo, vel fraude aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procuraverit, aut per sordes, vel impressionem alienationis decretum extorserit. Similem sententiam excommunicationis incurret, a qua nisi per Romanum Pontificem possit absolvi. Ad restitutionem nihilominus vero alienatarum cum fructibus quandocunq(ue) de praemissis constiterit condemnandus.*

*Volumus autem quod delegati et commissarii praefati de poenis constitutionis modernae specifice moneantur, et in quibuscunq(ue) litteris et concessionibus huiusmodi hunc statutum regestrum inseratur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, Nostrae monitionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temporario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romae[10] apud (k. 3) sanctum Petrum ac Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, diebus Maii, pontificatus nostri anno primo.*

*Et deinde. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii moderni archidiaconi saecularis et forsam Insignis Collegiatae Ecclesiae[11], oppidi civitatis noncupati Varsaviae[12], Posnaniensis dioecesis[13], petitio continebat. Quod cum ipse ratione archidiaconatus[14] dictae ecclesiae dignitatis inibi forsan principalis existentis, quem obtinet, possideat duas villas ad dictum archidiaconatum, inter alia illius bona legitima spectantes et de sua praebenda ac iurisdictione archidiaconali, et in praefata dioecesi Posnaniensi[15] existantes, unam videlicet in Rokitno[16],*

---

[10] Rzym, stolica chrześcijaństwa.

[11] Kościół kolegiacki Świętego Jana Chrzciciela w Warszawie (1406).

[12] Warszawa, stolica kraju.

[13] Diecezja poznańska, erygowana w 968 roku.

[14] Archidiakonat warszawski (od 1406 r.), okręgowa jednostka administracyjna w granicach diecezji poznańskiej.

[15] Zob. przypis 13.

[16] Rokitno, wieś k. Błonia, woj. warszawskie.

*cum lignea et fere diruta parochiali ecclesia s(ancti) Jacobi Apostoli*[17]*, quae de antiquo iure patronatus laicorum videlicet familiae infrascripti, Nicolai Stanislai episcopi*[18] *ex fundatione vel dotatione existit, et in qua sacra imago B(eatae) M(ariae) V(irginis)*[19] *colitur et non solum nulla sacrificia fiunt, et sacramenta frequentur administrantur, sed et Verbum Dei praedicantur et ad quam Christi fideles ob miraculorum frequentiam, quae a praefata Beata Maria Virgine fiunt undiq(ue) confluunt.*

*Altera vero dictae villae adiacentem Chruślin*[20]*, noncupatam cum parochiali ecclesia s(ancti) Adalberti*[21]*, episcopi et martyris, qua intra unius stadii spatium a praedicta parochali eccelesiae s(ancti) Jacobi distat tantum, et ab immemorabili tempore ac a fere centum annis vacat et ab illius fructuum tenuitatem viginti quatuor aurum de camera non excedentium, ad congruam illius rectoris seu vicarii pro tempore existentis, sustentationem non sufficientem rectore e domo parochiali caret, manetq(ue) semper fere clause, uti privatum oratorium ob idque cura animarum in ea non exercetur et Venerabilis Frater noster Nicolaus Stanislaus Święcicki*[22]*, modernus episcopus Posnaniensis*[23]*, proinde considerans, quod (k. 4) omnes non solum dictarum villarum habitatores, sed et finitimi ac convivini et extranei ex longiquis regionibus ad dictam parochialem ecclesiam confluunt, quodque si dicta ecclesia parochialis s(ancti) Adalberti*[24] *dictae parochiali ecclesiae s(ancti) Jacobi*[25] *uniretur in maiorem Dei gloriam et eiusdem B(eatae) V(irginis) honorem cederet, et adhunc effectum p(rae)fatam parochialem ecclesiam sancti Jacobi*[26] *proprio aere lapidibus reaedificare*

---

[17] Św. Jakub Apostoł, patron parafii w Rokitnie Górnym.

[18] Mikołaj Stanisław Święcicki h. Jastrzębiec, biskup poznański w l. 1699-1707. Zmarł w Wiedniu 1707 r. i pochowany został w tamtejszej katedrze.

[19] Obraz słynący łaskami, przedstawiający Najświętszą Maryję Pannę, która na lewym ręku trzyma Dziecię Jezus. Data powstania obrazu nie jest znana. Na pocz. XVII w. obraz ten znajdował się w drewnianym kościele Świętego Jakuba w Rokitnie Górnym. Gdy w 1698 r. nastąpiło połączenie dwóch parafii rokitnickich, obraz Matki Bożej został ulokowany w ołtarzu głównym nowo wybudowanej świątyni. Na jesieni 1914 r., podczas działań wojennych na terenie Rokitna, gdy kościół parafialny uległ prawie całkowitemu zniszczeniu, obraz Matki Bożej ocalał nietknięty prawie żadną kulą. Przeniesiony na pewien czas do prowizorycznego drewnianego kościółka, wrócił ponownie do nowo odbudowanej świątyni, gdzie do dziś zajmuje centralne miejsce w ołtarzu wielkim.

[20] Chruślin, wieś k. Łowicza, w woj. skierniewickim. Na dole karty dopisek: "Chruślin - inscripsit Sędziakowski, cur Rokit. an. 1901".

[21] Św. Wojciech († 997), patron parafii w Rokitnie Dolnym.

[22] Zob. przypis 18.

[23] Poznań, miasto wojewódzkie, stolica biskupia.

[24] Zob. przypis 21.

[25] Zob. przypis 17.

[26] Tamże.

*caeperit, aliaq(ue) aedificia et mansiones ad effectum inibi introducendi congregatione presbyterorum saecularium in communi viventium*[27]*, qui curam animarum ambarum parochialius ecclesiarum huiusmodi exercere, et alia ad divinum cultus et fidelium devotionem augendam peragere teneantur extruere intendat, et hac de causa, si tamen et bonis dictarum villarum pro construendis aedificiis dictae parochialis ecclesiae sancti Jacobi contingius, nedum pro commoditate congregationis presbyterorum inducendorum huiusmodi verum etiam ad evitandum irreparabile damnum praediis et bonis dictarum villarum proveniens ex maxima populi multitudine, undequaq(ue) ad praefatam imaginem eiusdem B(eate) M(ariae) Virginis in parochiali ecclesia s(ancti) Jacobi, huiusmodi existantem invisendam, ut praefertur confluentis indigeat et ut opus, tam pium et proficuum perfici possit, et divinus cultus magis quam antea augeatur et animarum curam parochianorum ambarum parochialium ecclesiarum huiusmodi, cum maiori vigilantia et assiduitate exerceri valeat praefatus archidiaconus, suam et dicti archidiaconatus conditionem meliorem efficere cupiens, dictas duas villas, ex quibus non ultra quingentos florenos polonicales annuatim retrahit, cum omnibus earum dominiis, praediis, campis, sylvis, nemoribus, nec non proprietatibus adiacentiis et pertinentiis universis cum dicto Nicolao*[28] *episcopo, pro tot bonis suis patrimonialibus, ab omni onere censu, caducitate, canone, ac hypotheca, fidei comisso prorsus liberis et ad dictum Nicolaum Stanislaum*[29] *(k. 5), legitime spectantibus annui redditus mille florenorum polonicalium similium, qui semper immunes et liberi esse debeant a quocunq(ue) onere, tam novo, quam antiquo imposito seu imponendo a Republica Poloniae, etiam pro manutentatione militum eiusdem Reipublicae, suppositis tamen semper per dictum Nicolaum Stanislaum*[30] *episcopum, eiusque in bonis eius haeredes et successores pro tempore existentes oneribus, si quae super dictis bonis assignandis adsint.*

*Cum hoc etiam quod dictus Nicolaus Stanislaus*[31] *episcopus summam trium millium florenorum similium pro emenda domo archidiaconali, pro nunc et pro tempore existentis archidiaconi, dictae collegiatae ecclesiae commoditate in praefato oppido Varsaviae, aut alibi prout magis expediens visum fuerit assignare. Nec non omnes et singulas expensas, circa expeditionem praesentium quo-*

---

[27] Było to zgromadzenie księży diecezjalnych, założone przez ks. Bartłomieja Holtzhausera w Bawarii, mające na celu wspólnotę życia kapłanów; wspólna była kasa, modlitwy, ćwiczenia duchowe. W ubiorze nie różnili się niczym od innych kapłanów. Do Polski zostali sprowadzeni w r. 1685 i osiedlili się w Górze Kalwarii. Zajmowali się prowadzeniem seminariów duchownych, m.in. kierowali również Seminarium Świętego Jana Chrzciciela w Warszawie. Rektorzy tego Seminarium byli proboszczami w Rokitnie.

[28] Zob. przypis 18.

[29] Tamże.

[30] Tamże.

[31] Tamże.

*modolibet necessarias et opportunas de suis propriis pecuniis facere debeat ac etiam teneatur.*

*Firma tamen semper et illaeso manente pro eodem Nicolo Stanislao*[32] *episcopo eiusque haeredibus et successoribus praefatis, ut antea iure patronatus et iure nominandi ad dictam ecclesiam parochialem s(ancti) Jacobi*[33]*, ita ut deinceps ad illam unus ex presbyteris dictae congregationis illibus evaserit et facto deposito dictorum trium millium florenorum pro emenda dicta domo archidiaconali, et reservata facultate archidiacono dictae ecclesiae collegiatae, nunc et pro tempore existenti, in casu edictionis propria auctoritate ad possessionem bonorum antiquorum in permutatione tradendorum redire, refectis tamen praefato episcopo aut haeredibus et successoribus huiusmodi, a praefato archidiacono nunc et pro tempore existenti, in casu huiusmodi melioramentis, omnibus et singulis in suprascriptis bonis permutandis quomodolibet factis, quodque pro tempore existens rector dictae parochialis ecclesiae s(ancti) Jacobi*[34] *in praefata parochiali (k. 6) ecclesia s(ancti) Adalberti*[35]*, eidem parochiali ecclesie s(ancti) Jacobi*[36]*, ut infra unienda, ultra necessariam manutentationem, in solemnioribus festis, vel saltem temporibus opportunis et signanter in festo s(ancti) Adalberti*[37] *huiusmodi titularis seu patroni, missam celebrare, seu celebrari facere et onera eidem ecclesiae s(ancti) Adalberti*[38] *incumbentia, si quae sint adimplere teneatur, permutare intendat, si ei ad id nostra et Sedis Apostolicae suffragetur licentia et facultas.*

*Cum autem sicut eadem petitio subiugebat, permutatio huiusmodi in evidentem dicti archidiaconatus utilitatem et unio praefata, si fiant in maius divini cultus augmentum, et animarum parochianorum ambarum eccesiarum parochialium huiusmodi utilitatem et profectum cedant et cessurae sint. Quare pro parte tam dicti moderni archidiaconi, quam praefati Nicolai Stanislai*[39] *episcopi, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum archidiaconum et praefatum Nicolaum Stanislaum*[40] *episcopum, specialis gratiae favore prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis, aliisque censuris ecclesiasticis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutos fere censentes, ac veriores*

---

[32] Tamże.

[33] Zob. przypis 17.

[34] Tamże.

[35] Zob. przypis 21.

[36] Zob. przypis 17.

[37] Zob. przypis 21.

[38] Tamże.

[39] Zob. przypis 18.

[40] Tamże.

*dictarum villarum et bonorum compar mutandorum huiusmodi situationes, qualitates quantities confines vocabula et denominationes, ac titulos, praesentibus pro expressis habentes, ex voto congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium Decretum Concilii Tridentini Interpretum*[41], *discretioni tuae per apostolica scripta mandamus.*

*Quatenus veris existentibus narratis et servata alias dictarum litterarum forma, ac postquam compareris permutationem huiusmodi in evidentem dicti archidiaconatus utilitatem cessuram esse, illam compactis et conditionibus supra expressis faciendis archidiacono et Nicolao Stanislao*[42] *episcopo praefatis (k. 7) et dummodo bona per dictum Nicolaum Stanislaum*[43] *episcopum, ut praefertur assignanda ab omni onere, censu canone, caducitate, hypotheca et fidei comisso prosus libera existant, illaq(ue) vere mille florenorum polonicalium et praefatae villae, non ultra quingentos florenos similes annuatim respective reddant et facto per dictum Nicolaum Stanislaum episcopum, deposito trium millium florenorum praedictorum, pro emenda dicta domo archidiaconali et sine alicuius praeiudicio licentiam et facultatem auctoritate nostra concedas et impartioris.*

*Et insuper vocatis omnibus, qui fuerant evocandi, dictam parochialem ecclesiam sancti Adalberti*[44]*, quae a dicto immemorabili tempore ab illius fructuum tenuitatem tutore caret, ut praefertur, dicatae parochiali ecclesiae s(ancti) Jacobi*[45]*, itaque liceat eiusdem congregationis presbyteris*[46] *introducendis huiusmodi, illiusque superiori et ministris pro tempore existentibus et seu rectori dictae parochialis ecclesiae sancti Jacobi*[47] *etiam pro tempore existenti, per se vel alium, seu alios eorum, ac dictae congregationis*[48] *nomine propria auctoritate, veram, realem, corporalem et actualem possessionem, praefate parochialis ecclesiae sancti Adalberti*[49]*, cum illi annexis iuribus, adiacentiis et pertinentiis suis universis, libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere.*

*Illusque fructus, reditus et proventus, iura obventiones et emolumenta quaecunque ex eis, quomodolibet et undecunque provenientia perupere, exigere, le-*

---

[41] Kongregacja Kardynałów Tłumaczy Soboru (Sacra congregatio cardinalium concilii Tridentini interpretum), utworzona w r. 1564 przez papieża Piusa IV. Kongregacja miała czuwać nad wprowadzeniem w życie uchwał Soboru Trydenckiego. Łącznie z ustanowionym przez papieża Pawła III "Sacrum Officium" stała się potem niejako wzorem dla innych analogicznych w kurii rzymskiej urzędów kardynalskich, zwanych kongregacjami.

[42] Zob. przypis 18.

[43] Tamże.

[44] Zob. przypis 21.

[45] Zob. przypis 17.

[46] Zob. przypis 27.

[47] Zob. przypis 17.

[48] Zob. przypis 27.

[49] Zob. przypis 21.

*vare, colligere, arendare, locare et dissolvere, ac in dictae congregationis presbyterorum*[50], *introducendorum, illisque superiorum, ministrorum et servientium, nunc et pro tempore existentium. Communes usus et utilitatem, ac necessitates convertere dioecesani loci, vel cuius vis alterius licentia desuper minime requisita, praevia tituli collativi dictae parochialis ecclesiae sancti Adalberti*[51] *suppressione et extinctione perpetuo dicta auctoritate nostra unitas annectas et incorpores.*

*Nos enim, si concessionem impartitionem, unionem, annexionem et (k. 8) incorporationem, praefatas per te vigore earundem, praesentium fieri contignerit, ut praefertur unionem huiusmodi, ac easdem praesentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut alias contrariis dispositionibus, ac constitutionibus et orditionibus apostolicis ac cancellariae Apostolica regulis etiam unionum effectum non sortitarum revocatoriis a nobis et quibusvis Romanis Pontificibus praedecessoribus et successoribus nostris, etiam in crastinum Assumptionis, cuiuslibet ipsorum nostrorum successorum, ad summi apostolatus apicem emanatis ac emanandis, minime comprehendi vel confudi posse, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum ac validissimum eumque in quo antea quomodolibet erat statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas ac denuo sub quacumque posteriore data, quandocunque eligenda concessas esse et futura et quibusivis de causis, de subscriptionis, vel obreptionis, seu nullitatis victio aut intentionis nostrae seu quopiam alio defectu notarii impugnari, retractari, aut alias quomodolibet infringi in ius vel controversiam vocari, suspendi, restringi, limitari, aut ad viam et terminos iuris reduci vel eis in aliquo nullatenus unquam posse.*

*Sed illas semper et perpetuo validas et efficaces fere et esse suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac ab omnibus, ad quos nunc spectat et in futurum spectabit, inviolabiliter servari debere. Sicque et in alias per quoscunque iudices et causarum palatii apostolici auditores ac Sacrae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere delegatos, vicelegatos et Sedis Apostolicae nuntios, iudicari et diffiniri debere.*

*Et si secus super his, a quoquam quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum ac inane decernimus (k. 9). Non obstantibus praefata Pauli*[52] *praedecessoris ac nostra et cancellariae Apostolicae regula de experimendo vero annuo valore ac generalis et Lateranensis etiam novissime celebratorum conciliorum uniones perpetuas, nisi in casibus a iure premissis fieri prohibentium, aliisque Apostolicis nec non provincialibus et synodalibus, generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis dictae collegiatae ecclesiae, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitare alia*

---

[50] Zob. przypis 27.

[51] Zob. przypis 21.

[52] Zob. przypis 8.

*roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis, illusque capitulo et canonicis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis in contrarium, quomodolibet concessis, aprobatis et innovatis.*

*Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissio et forma in illis tradita observata et inserti forent praesentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore, permansuris latissime et plenissime ac specialiter et expresse hac vice dumtaxat litterarum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Per praesentes autem non intendimus dictum ius patronatus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo septingentesimo quarto, quinto idibus Decembris, pontificatus nostri anno quinto.*

## Nr 2

## Podział dóbr Rokitno, Chroszczyn i Giełzew

Warszawa, 30 IX 1706

Po unifikacji parafii w Rokitnie, kanonicy kapituły kolegiackiej w Warszawie na posiedzeniu generalnym, dnia 30 IX 1706 r., dokonali modyfikacji dochodów archidiakona warszawskiego i część z nich postanowili przeznaczyć m.in. na utrzymanie księży komunistów i rozwój kultu maryjnego.

Oryginał nie znany.

Kopia Archiwum Archidiecezjalne w Warszawie, *Iura ecclesiae Rokitnensis*, k. 10-14. Tytuł wpisu: "*Capitulum generale per Illustrissimum Perillustres Reverendissimos Dominos archidiaconum, praepositum, cantorem, Olszewski, Kierzkowski, Drozd Broliński Zaliski, post festum sancti Michaelis Archangeli anno Domini 1706, die 30 Septembris per verbum placet apertum est et celebratum*".

*Dismembratio (k. 10) bonorum Rokitno*[53]*, Chroszczyn*[54] *et Giełczew*[55] *a capitulo Varsaviensi. Proposuit coram Perillustribus Reverendissimis Dominis Capitularibus, congregatis pro capitulo moderno, superius specificatis Perillustris*

[53] Rokitno, wieś k. Błonia, w woj. warszawskim.

[54] Chroszczyn, chodzi tu zapewne o wieś Kroska, w woj. warszawskim.

[55] Giełzew, wieś, dziś nie istnieje.

*et Reverendissimus et Dominus Stephanus Rupniewski*[56], *archidiaconus Varsaviensis, canonicus Cracoviensis, iudex deputatus ad Tribunal Regni et capitulo Cracoviensi. Quomodo Illustrissimus Excellentissimus et Reverendissimus noster praesul ad maiorem Dei gloriam et Beatae Virginis Mariae honorem, in villula Rokitno*[57] *ex prima erectione ad archidiaconum Varsaviensem spectante, diruta lignea ecclesia parochiali sub titulo et patrocinio sancti Jacobi Apostoli*[58], *per antenatos suos haeredes in Święcice*[59] *fundata, inceperit latam basilicam de muro aedificare magnis sumptibus et impensis suis. Et quia in illa ecclesia, ab antiquo tempore extat imago Beatae Mariae Virginis*[60], *gratiis divinis et miraculis clarissima, constituit in animo circa eandem ecclesiam fundare et ad eadem introducere congregationem sacerdotum in communi viventium*[61], *pro commoditate (k. 11) vero fidelium, quotide ex hac urbe Varsaviensi et a longinquo ad visitandum Deiparae Virginis imaginem concurrentium diversoria et alias aedes extruere.*

*Quia vero ab adventibus fidelium quantumcunque ii et sui subditi caverent difficile est in illo loco evitare damnum tum in pratis, quae ibi exigua sunt, tum in segetibus, nec diversoria et aedificia extrui et poni possunt, alibi quam in fundo archidiaconali, hinc altefatus Illustrissimus ac Reverendissimus episcopus*[62] *et archidiaconorum indemnitali consulendo et fundatam congregationi eorundem sacerdotium*[63] *commoditati providento inivit secum tractatum super alienatione totius villae Rokitno*[64] *et alteris et Giełzew*[65], *noncupatae eiusque dominiis et proprietatibus, quot quale et quantum et quam qualem et quantum hactenus archidiaconi habuerunt et habent in congregationem dictorum sacerdotum in communi viventium*[66] *translatione.*

*Et cum in hac villa adsit altera ecclesia parochialis sub titulo sancti Adalberti*[67], *episcopi et martyris, suae dignitati archidiaconali, cum dictis villis olim suis dotalibus incorporata et unita, circa quam necesse habet archidiaconus pro tempore existens vicarium perpetuum, cum congrua proportione*

---

[56] Stefan Rupniewski h. Szreniawa, kanonik krakowski, archidiakon warszawski, biskup łucki i brzeski w latach 1722-1731.

[57] Zob. przypis 16.

[58] Święty Jakub Apostoł, patron kościoła w Rokitnie Górnym.

[59] Święcice, wieś k. Błonia w woj. warszawskim.

[60] Zob. dokument nr 1, przypis 19.

[61] Zob. dokument nr 1, przypis 27.

[62] Zob. dokument nr 1, przypis 18.

[63] Zob. przypis 27.

[64] Zob. przypis 16.

[65] Zob. przypis 55.

[66] Zob. przypis 27.

[67] Chodzi o kościół Świętego Wojciecha w Rokitnie Dolnym.

*fovere, ad haec utraque villua, in suis latifundiis ex tot satis exigua fructusque earum ordinarius non maior, quam ad quadraginta aureos monetae Romanae ascedat, qui nec pro archidiacono, nec pro vicarii perpetui congrua sustentatione, sive parochiali sufficere possit.*

*Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus, aptet, hac duas ecclesias parochiales, sancti Jacobi*[68] *et sancti Adalberti*[69] *sibi invicem unire et utraque ecclesiam cum dictis villis, seu hactenus fundo archidiaconali congregationi dictorum sacerdotum in communi viventium applicare et declarat in recompensam dismembrationis (k. 12) se tantum summam in bonis suis haereditariis et patrimonialibus Święcice*[70] *et eo pertinentibus cuius fructus, sive census annuatim ascenderet ad mille florenos polonicales monetae Regno currentis, perpetuo pro archidiacono Varsaviensi pro tempore existente ponendos et solvendos inscripturum.*

*Proinde ab Illustrissimis Perillustribus Reverendissimis Dominis praelatis et canonicis toto Venerabili Capitulo petiit, super eiusmodi comunicationem, dismembrationem, sive alienationem dictarum villarum Rokitno*[71] *et Giełzew*[72] *assensum praeberi. Perillustres igitur ac Reverendissimi Domini praelati et canonici pro praesenti capitulo congregati, audita propositione Perillustris et Reverendissimi Domini Archidiaconi Varsaviensis, confratris sui eaque bene intellecta et matura sua deliberatione perpensa, inprimis pro tam pientissima intentione, Illustrissimae ac Reverendissimae Celsitudini praesuli sub gratiasagendo censuerunt, quia cum in dicta lignea ecclesia, adeo clarescens a saeculo imago Beatae Virginis Mariae, Matris Dei*[73] *non fuerit nacta ullum benefactorem, qui ecclesiam aplificaret, vel muratam extrueret, vel pro excitanda maiori in populo erga Beatae Mariae Virgini devotione, cultuque divino in tam celebri loco numerum cleri augeret, modo sua celsitudo gratum se exhibens Deo cupit, ut ad imaginem illam cultus divinus, quam sol effulgeat, per fundationem et introductionem sacerdotum*[74] *numero plurium.*

*Habita vero scientia ex reperibilibus instrumentis, quod dictae villae duae, primitus fuerint alterius ecclesiae parochialis in eodem loco Rokitnensi sub invocatione et titulo sancti Adalberti erecta, successu autem temporis haec ipsa ecclesia sancti Adalberti esset unita et incorporata archidiaconatui Varsaviensi, cum suis bonis et fructibus ex quibus congrua vicario perpetuo, sacramenta administranti pensio dari debebat.*

---

[68] Kościół parafialny Świętego Jakuba w Rokitnie Górnym.

[69] Zob. przypis 67.

[70] Zob. przypis 59.

[71] Zob. przypis 16.

[72] Zob. przypis 55.

[73] Zob. dokument nr 1, przypis 19.

[74] Zob. dokument nr 1, przypis 27.

*Iam vero nunc, nec pro archidiacono (k. 13) nec pro vicario od iniuriam et calamitatem temp⟨o⟩rum fructus exinde proveniens sufficere potest. Proinde considerantes tenuitatem redituum et fructuum dominorum archidiaconorum ex praedictis villis et ipsam villarum carentiam, defectum et inopiam sylvarum caeduarum et e contra iudicantes, multo maiorem commoditatem Reverendissimos archidiaconos habituros in censu in parata pecunia, citra omnem laborem ac impensam (quam archidiaconi pro sustendandis licet paucis subditis et limitibus defendendis facere cogebant), percipiendo consensum suum capitularem in dismembrationem, sive et alienationem dictarum villarum archidiaconalium, utopte exiguarum, cum omnibus earum attinentiis, pertinentiis, ac decimis ex agris subditorum earundem villarum Rokitno et Giełzew pro archidiacono Varsaviensi servientibus et iure patronatus praesentando seu vicarii perpetui ad ecclesiam parochialem sancti Adalberti in Rokitno, archidiacono Varsaviensi competenti praebuerunt suntque impartiti conditionibus his.*

*1ma. Ut sua celsitudo Illustrissimus episcopus summam tantam, quae coresponderet censui annuo ad mille florenos polonicales numeri et monetae in Regno currentis ascendenti, in et super bonis suis haereditaris cum clausulis evictionis et libere in equitationis inscribat.*

*2da. Ut hyberna ex iisdem villis duabus pro milite Reipublicae, quoties illa laudabitur et constituetur, iuxta solitam tarifam, sovatur perpetuo per sacerdotes in communi viventes, summa vero inscribenda pro pretio istarum villarum nequaquam obnoxia sit ulli oneri.*

*3tia. Ut beneplacitum Sedis Apostolicae in curia Romana suis impensis procuret Illustrissimus Dominus Episcopus.*

*4ta. Ut sua celsitudo dum melidum (k. 14) meliorem evidentem faciet conditionem, per auctionem reditus et fructus dignetur, etiam tria milla florenorum polonicalium in coemptionem domus vel fundi pro residedntia archidiaconi, quia nullam circa ecclesiam collegiatam Varsaviensem habet vel unquam habuit parato enumerare.*

## Nr 3

## Wizytacja dwóch kosciołów parafialnych w Rokitnie

Rokitno, 1616

Ksiądz Paweł Piasecki, archidiakon warszawski, wizytując w r. 1616 dwie parafie w Rokitnie, sporządził krótki protokół, w którym opisał kościoły wraz z budynkami parafialnymi oraz uposażenie.

Oryginał nie znany.
Kopia, Archiwum Archidiecezjalne w Warszawie. *Iura ecclesiae Rokitnensis*, k. 14-16. Tytuł wpisu: "*Visitatio binarum ecclesiarum parochialium Rokitnensium ex qua patet divisio earundem*".

*Anno Domini 1616. Visitatio decanatus Sochcoviensis*[75].

*Rokitno Superior*[76]. *Ecclesia parochialis in Rokitno Superior*[77], *tituli sancti Jacobi Maioris*[78] *lignea, consecrata, ab antiquo iuris patronatus nobilium haeredum in Wąsy*[79] *et haeredum de Witki*[80], *sed circa venditionem eiusdem haereditatis Domini Uchański*[81] *retinuerunt sibi ius patronatus et habet alternatis cum Wąsowsciis. Ecclesia ipsa undique lacera intus et foris, parietes deformes, ruinosi, ubique et putredine consumpti. Intus qualicunque opere, sed neglectim, ciborium in eodem vile, intus utcunque ornatum, basis altaris lignea (k. 15), habet portatile bonum infixum. Fons baptismalis, utcunque decens et bene clausus, sed non sat mundus intus et basim habet non satis firmam. Sachristia, parietes sordidi et putredine consumpti. Fores sacristiae et binae aliae fores templi clauduntur series pensilibus, munitae satis secure. Ad latus ecclesiae dextrum est capella Domini Uchanscii*[82], *in ea altare parietes pavimentum deformia, esset deiicienda cum Domini patroni negligant reparare.*

*Suppelex ecclesiastica. Est villa plebanalis dicta Chroska*[83] *ex antiqua fundatione et in ea possesionati kmetones octo, sed desolata omnia, praesertim curia plebanalis et agri locantur munitionibus, nobilibus, non sine periculo alienationis. Pro eodem plebano debentur decimae de villis Radzikow*[84], *Witki*[85], *Leśniowo*[86], *Mostki*[87], *Kopytow*[88], *quae etiam pertinent ad parochiam istam. Similiter et villae Święcice*[89] *et Chroslin*[90]. *Domus vicarialis non habetur. Rector et campanator utconque idonei.*

---

[75] Sochaczew, miasto w woj. skierniewickim.

[76] Rokitno Górne, wieś k. Błonia w woj. waarszawskim.

[77] Tamże.

[78] Święty Jakub Apostoł, patron parafii w Rokitnie Górnym.

[79] Wąsy, wieś w woj. warszawskim.

[80] Witki. Nie wiadomo, o jaką wieś chodzi, może o "Wiskitki".

[81] Jakub Uchański h. Radwan, archidiakon warszawski (1549). Umarł w Łowiczu 4 IV 1581 r. i pochowany został w tamtejszej kolegiacie.

[82] Kaplica Uchańskich w kościele Świętego Jakuba w Rokitnie.

[83] Chroska, chodzi tu prawdopodobnie o wieś Krosna, niedaleko Rokitna w woj. warszawskim.

[84] Radzikówek, wieś w woj. warszawskim.

[85] Zob. przypis 80.

[86] Miejscowość nie istnieje dzisiaj.

[87] Trudno ustalić, czy wieś ta istnieje dzisiaj. Może chodzi tu o dzisiejszą wieś Moszna k. Rokitna w woj. warszawskim.

[88] Kopytów, wieś k. Rokitna woj. warszawskie.

[89] Święcice, wieś k. Rokitna woj. warszawskie.

[90] Chruślin, wieś k. Łowicza woj. skierniewickie.

*Rokitno Inferior*[91]. *In eadem villa Rokitno*[92] *est alia ecclesia dicta inferior, videlicet sancti Adalberti*[93], *consecrata, iuris patronatus archidiaconi Varsaviensis. Ad praesens administratur haec ecclesia per honorabilem Joannem a Piaseczno*[94], *commendarium, cuius diligentia probatur et nisi alter sufficientior inveniri poterit, dabitur ipsi provisio. Vicarium non solet haberi, cum non sufficiat proventus pro vicario et parocho et potest satisfacere unus.*

*Pertinent autem ad parochiam villae Biskupice*[95], *Giełzowo*[96], *Czubino*[97], *Rokitno*[98], *Wolica*[99], *Plackow*[100], *Gołaszew*[101], *Moszny*[102], *Kresny*[103], *utraque domus plebanalis sufficientia aedificia, sed intecta lacera negligentia praesentis parochi, ob quam tum et propter graves excessus dimisit nuper hanc plebaniam (k. 16), domuncula scholae valde vilis habetur, tamen rector et campanator idonei.*

